

*Leue discr.
mē est inter
Medicum
& Chymic-
um, ab ac-
cidente pe-
nitum.*

borare. Iam cùm sit ostensum præpara-
tionis modos eosdem esse, discrimin
inter vtrumque si sit aliquod, hoc dun-
taxat animaduertetur: vt quamuis Me-
dicus vniuersim non improbet quæ di-
cta sunt: ad ipsum tamen actionis mo-
mentum si peruerterit, frequentius sola
remediorum alteratione contentus, in-
tegris simplicibus, legitimam composi-
tionis formam probè inducat: vel fal-
tem componendi modis ijs plus gau-
deat, quæ vel coctione vel infusione
præstant, quod ars requirit. Chymicum
vice versa simplicium vires profundi-
us scrutatum, dispescere singula, & in-
uicem seiungere: vt, quando totius a-
ctio, quæ heic requiritur medica, non
ab eiusdem forma, qua totum quid est,
simpliciter dependet, partes illius om-
nes, singula beneficia conferentes, se-
paratim euocatæ, habeantur: quibus
nullo obstaculo interceptis, composi-
tum remedium, ad curationis sco-
pum quām proximè faciens, conficia-
tur. Consenriunt igitur, & cùm easdem
præparandi remedij fixas leges vnani-
mo consensu probent, solo accidente,
quòd